



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

47. Item commendatitias litteras ad Abbatem noto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

demnati, ut lex præstat tardis aut negligenteribus, & de ipsa terra nos pontificium habeatis ciciendi. Facta precaria ibi, sub die illo, anno illo, illo Rege.  
*Indulxus Episcopi, ad alium in resurrectione Domini eulogias dirigendo.*

**XLI.** Domino sancto & apostolica veneratione colendo Domino & in Christo fratri illi Episcopo ille gratia Dei, ac si peccator, Episcopus. Dominica festivitas resurrectionisque mysteria, in qua idem Deus Christus tartarius per semetipsum decrevit absolvere, nudus viatorque de exsuperato hoste triumphans captivitatem, dedit bona hominibus, propterea remeavit ad caelos, anni circulum revolventi, qua felicitas prosperitatem vestram constituit industriam, aut sanctitatem exceperit, ipsoque Deo præfule per cogisse, cum eulogias peculiaris patro vestro sancti illius, & salutationis officia veneratione præcipua, quæsumus ut nostram extremitatem affatu dignabili jubeatis specialibus informare.

*Rescriptio ad Episcopo.*

**XLIII.** Domino sancto, meritum apostolico, in Christo desiderabili, Domino & fratri illo Papæ, ille peccator Episcopus. Vestras sacras common. almitatui vestri deferenti venerabile filio commune illo, ut celitus donabile, nos accepisse prænuse & comperite. De edulium inquit dedepasti recreati sancto hoc de munere vestro trepidantes, multum de qua pagina færit, quod valitantes vobis præcimus esse cum vestris & quintati habuit vestra dignatio infligio ut in virendetorio fuitis digni, infimo gratias agimus. In his e plura solventes, plufulcum quod valeat internum congnoscere compus, vel verborum carmina pandant, oracula dictua dicimus. Et illud quod nos flagitare oportet, ut in vestris saepius nobis reminiscat oratio.

*Quomodo Episcopus nativitatem Domini ad Regi, Regina, vel ad Episcopo visitationis dirigunt scriptum.*

**XLIV.** Glorioso atque præcelso & universale catholice sanctæ Ecclesie filio illi Regi, ille Episcopus. Gloriosa atque præcessa & universale catholice sanctæ Ecclesie filia illa Regina, ille misericordia Dei Episcopus. Domino inclitoque cultore atque apostolico Domino & in Christo fratri illi Episcopo, ille peccator Episcopus. Dum generaliter dominica nativitatis exultamus adventum, censum

debita subjectionis desolvere pererguemos ex voto; atque ideo salutationum munia cum eulogias peculiaris patroni vestri sancti illius (*si ad Regem*) clementia vestra, (*si ad Episcopum*) sanctitati vestra direximus, cum omni humilitatis genere clementissime dependentes, suggerimus ut iugi nos præmunientes orato, de vestra sollicitate integratam trepidare faciatis, dignabili protinus retribuimus.

*Item alia de nativitate Domini.*

**XLV.** Iocunditatis mutuae gratiam cognoscere cupientes, divinitus universitate conlata, non distituum epistolis prefrendam vestram prævenire clementiam, aut sanctitatem, cum eulogias peculiaris patroni vestri illius, honorabile ac devoto cultu poscentes ut qua alacritate festiva nativitatis dominica peregrinis insignia, nos doceant vestra sanctitatis exempla. Erunt enim nobis proœctuum vestra incrementa salutis, locuplex thesauri facultatis.

*Commendatitias litteras ad Episcopo noto.*

**XLVI.** Domino reverentissimo illo Papæ ille. Reminiscentes vestram affectuosam beatitudinis caritatem, qua tunc ab obtenu retributionis æternæ nostræ extremitatis personolam in intimis visceribus ac si unicæ dilectionis vinculum amplectebamini sedulè; qua fiducia provocatus hos apices vilitatis nostræ fidenter ad dignationem vestram per fratres nostros filios vestros gerulos præsentes destinare præsumpsi, per quos vestram almitatem, si præsumptio non offendit, salutationum munia, ut decet, non arroganter, sed humiliiter destinare præsummo, quos ut commendatos in omnibus recipere dignatis, quæsumus opportunè. Etenim in tam longinquis regionibus propter necessitates fratrum comparandum euntes, vestris Christo præfule indigent administris; pro quibus beneficii centuplicato scenore à Domino retributore bonorum omnium refertum mercedeis cumulum in ævum recipiatis dignissimum. Dominus Deus noster piam coronam vestram memorem mei & præsentibus replet bonis & dignam reddat æternis, Domine semper meus.

*Item commendatitias litteras ad Abbate noto.*

**XLVII.** Domino beatissimo & meritis venerando sancto patri illo Abbatii ille in Domino perpetuam mittit salutem. Multimoda nobis benivolo vestro generare comperite gaudia quotiens aditus deder-

rit opportunus ut ad indagandam fospitaliteram vestram nostras dirigere debeamus litterolas. Idcirco cum salutationum officiis humili prece almitati veltræ quaesumus ut pro nobis misericordiarum dominum, ubi dignas sedulâque funditis preces, exorare non dedignemini quatenus vestris fulti precibus olim optatam adire mereamur patriam. Pariterque latores praesentes famulos vestros, fratres in Christo nostros, quos ob necessaria monasterij nostri illuc usque destinavimus, vestra beatitudini plurimum commendare præsumimus, ut eis in quo necessarium duxerint solatium præbere pro divino intuitu non dedignetis. Vale pro nobis orans, Domne sancte ac beatissime pater.

*Supplicaturio pro eo qui in monasterio conversare desiderat.*

**XLVIII.** Domino sancto, Deique cultore, & mihi in Christo honorabile fratri, illi Abbat, ille salutem optans mitti in Christo. Primum illud tanquam praesens sancti vestris suggero pro voluntate pedibus ut mea extremitatis litterole, cum vestris fuerint sacris manibus traditæ, pro me meisque, quos mihi in Christo coherere fecit amor, fratribus, precibus Domino commendetis. Deinde subjectus vestri frater in Christo noster ille, superno inspiratus munere, vestra sanctitati obedientiae nostras se petit litterolas almitati vestrae commendari, per quas suppliciter postulamus ut ovem fauce lupi boni pastoris Christi manus erupta, ad caulas Christi gregis tua sit diligentia reducta, ac vice patris ac medici pia, oro, circa hunc sit vigilantia ægrum: quem si pristinæ redditum sanitati pastori omnium cum ceteris praesentaveris inlaesum, quæ sequatur tuo merces laboris, optimè divinis nostri instrutus oraculis. Vale, memor esto mei venerabilis in Christo frater.

*Indiculum generale ad omnes homines.*

**XLIX.** Domino nostro, orthodoxa Romana fedi apostolicæ à Deo instituto illi Papæ, vel omnibus apostolicis Dominis & patribus, seu Abbatibus; vel Deodatis cœnobii degentibus, necnon & inlustribus viris Patriciis, Ducibus, Comitibus, vel omnibus Christiani cultus divine religione sestantes, ille peccator Episcopus vilissimus omnibus in Domino præsumo mitti salutem. Quatenus praesens portitor ille, radi inflammante divino, non (ut plerisque mos est) vacandi causa, sed propter nomen Domini, itinera ardua

& laboriosa parvipendens, ob lucrandam orationem, limina sanctorum Apostolorum Domini Petri & Pauli adire cupiens, meæ parvitatem se petit vestrae commendare almitate ac industria litterolas, per quas vilissimus omnium, tanquam vestris pro volutus vestigiis singulorum, supplicare præsumo ut pro me minimo exorari jubeat, & eundem euntem vel redeuntem, si Dominus permiserit, propter nomen Domini solita pietate commendatum recipiat, & quod neceſſe habuerit impertire tanti habeatis; quatenus ab ipso mereamini mercedem recipere cumulum qui sibi dixit impleri quantum quis in suis pauperibus visus fuerit erogare.

*Indiculum commendatum ad viros inlustres*

*Laicos.*

**L.** Domino inlustre, & præ cunctis magnificentissimo, ac nobilitatis profapiæ decorato atque sublimato illi, ille peccator in Domino præsumit mittere salutem. Quamquam vestra excellentia meæ parvitatem minimè sit cognita, tamen multorum relatione didici vestram in Domino maximam devotionem & in servos Dei vel pauperes ejus ob æterna retributione sollicitudinem non pigram. Quia fiducia provocatus, hos apices vilitatis meæ per latores praesentes famulos vestros, fratres in Christo nostros, ad dominationem vestram direximus; per quos vestram industriam, si præsumptio non offendit, plurimum salutare præsumo; & peto ut eis euntibus vel redeunibus, in quo necessarium duxerint, propter nomen Domini solita pietate consolare jubeatis.

*Indiculum ad homines potentes palatinos, maximè ad cognitos sibi.*

**LI.** Domino inlustri & præ cunctis magnificentissimo viro illi ille peccator perennem in Domino mittit salutem. Vberem strenuitatis vestrae agapem erga nos potissimum jure flagrantem litterarum serie non omittimus excitare, quod, avidi facilitatis vestrae quæflus prætolantes, uberes in Domino à vobis fructus semper suscipiamus, & dum præfenti in vita tibi rerum arbitri locum dedit quo & Ecclesiarum & amicorum feras suffragia, non pigeat subire laborem qui in posterum mercedem conferat lucra, & nuna multiplicita ex numero amicorum ferant suffragia, & unde tibi præfantium portatores, fôdiles mei, famuli vestri suggererint, piè obaudientes affectui mancipentis. Vale vir vigoris atque tuorum decus amicorum. Omnipotens